



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

240
Q. B. V. D.
DISSERTATIO PHILOSOPHICA,
De

JURE DEI
In
RES CREATAS

QUAM
*Indultu Ampliss: Senat. Philosoph.
in Illustri Upsal. Academ.*

PRÆSIDIE
VIRO AMPLISSIMO
Mag. JOHANNE
CENBERG

Philosoph. Moral. Prof. Ordin.
*Publicè ventilandam modestè
exhibet*

PETRUS FINCKE

Helsingus.

*In Audit. Gust. Maj. ad diem 21 Junii
Anni MDCCVI.*

horis ante merid. solitis.

~~~~~

UPSALIÆ,

Per JOH. H. WERNER, S: e R: a M: tr: &  
Acad. Typogr.

*Mons. Veste*

*Longe Reverendissimo in CHRISTO  
PATRI ac DOMINO*

**D. ERICO**

**BENZELIO**

**S.S. Theol. DOCTORI CE-**

**LEBRATISSIMO, Regni Sveciæ**

**ARCHI - EPISCOPO EMINENTISSI-**

**MO, Acad. Upsal. PROCANCELLA-**

**RIO MAGNIFICENTISSIMO, Con-**

**sistorii Ecclesiast. PRAESIDI GRA-**

**VISSIMO, Gymnasii & Schola-**

**rum per Dioecesin EPHORO**

**ACCURATISSIMO**

**MÆCENATI MAXIMO**

*RB. 23. a 12319*

**I**gnoscas, *quæso*, Reverendissime  
Pater, *Quod Tui Nominis celebra-*  
*te ac splendore has meas rudes atque*  
*obscuras ingenii primitias decorare, ful-*  
*gen-*

gentesque reddere non dabitaverim.  
Qua in re cumulus accessit insignis per-  
vaganti mihi orbem literatum, inve-  
nientique plurimos, Tua gratia Tuoque  
favore in spem frugemque bonam ere-  
ctos clientes. Des itaque & hoc eidem  
Tuae Humanitati, ut chartaceum bocce,  
sicut dici solet, munus, devota animi  
submissione Tibi dicatum, facili & sere-  
no excipiat vultu. Si hoc impetrave-  
ro, habeo quod oro, meaque Musa enixa  
erit. De cetero D.O. M. compellare stu-  
debo, velit Reverendissimi Pat. ca-  
nitatem in annos adhuc bene multos, omni-  
gena salute & incolumitate exornare;  
jubeat seram, imo serissimam esse illam  
diem, quae dicatur terrena stationi va-  
ledixisse adque caelites migrasse Re-  
verendissimum Patrem. Hac dum vita  
mihi fuerit superstes, vovere non desi-  
nam

Longe Reverendissimi  
Nominis Tui

Devotissimus cliens

P. Fincke.

*Nobilissimo Generosissimoque Domino*  
**D<sup>N</sup>. CAROLO**  
**BYRNBERG**  
Cohortis peditum in Helsingia Tri-  
buni locum Tenenti, Maxime  
strenuo  
Evergetæ Summo.

**H**umanitas atque benignitas Tua er-  
ga me plurimosque alios, Genero-  
sissime Domine, in caussa est, ut Nomen  
Tuum hisce meis in comptis pagellis præ-  
figam. Numen Benignissimum obtestor,  
velit Te omnimoda felicitate florentem  
conservare, rebusque præclare gestis da-  
corare, spiritumque Tuum in Nestoreos  
usque annos producere. Id in votis sem-  
per habebo, qui sum eroque

**Generosissimi Nominis Tui**

**Cultor humilimus**  
**P. Fincke.**

Domino  
LO  
S/  
gia Tri-  
kime

*Pl. Reverendo Praclarissimoq; Domino,*  
**Mag. NICOLAO**  
**CEMBERG/**  
*Pastori in Baldus dignissimo, Pro-*  
*motori & Benefactori suo*  
*ætatem colendo.*

Tua er-  
Genero-  
Nomen  
is pra-  
testor,  
entem  
tis da-  
toreos  
s sem-

*Pl. Reverendo atq; Clarissimo Domino,*  
**Dn. JOHANNI**  
**MICRANDRO,**  
*Ecclesiae quæ in Harmånger & Jettens-*  
*dahl colligitur, Pastori meritissimo,*  
*Benefactori optimo.*

ui

illimus  
cke.

*Pl. Reverendo Doctissimoq; Domino,*  
**Dn. GULICIO**  
**BERGQVIST/**  
*Pastori in Bergsid & Håfela Laudatiss-*  
*simo, Fautori Certissimo.*

*Hoc festinatum quaecunque specimen,*  
*in grati animi tesseram, ob plurima in*  
*se collata beneficia, cum calidissimis*  
*pro salute & incolumitate illorum*  
*suspiriis.*

**D. D. D.**  
**A. & R.**

*Candidæ ac Benevole Lector.*

**E**X voto quidem fortassis non usq; adeo malo, licet experimento minus felici, eo jam venit, ut etiam ego, meas hæc qualescunque studiorum primitias protrudam, tantisque ingeniorum fortibus, qui passim prodeunt, tam quoq; excultis atque politis inferā, haut secus ac *interpripit anser olores*. Obvenit mihi deliberanti argumentum prænobile, viresque ingenioli quam maxime tenues, longe exsuperans, quodque adeo non potuit non anxium & suspensum me tenere. Nilominus tamen illud adgressus sum, & si non ut debui & volui, ut tamen potui, temporisque permisit brevitās, feci. Et universam quidem hanc materiem in duo divisi membra, quorum prius de *Naturā & Origine*, Posterius de *Effectibus Juris Divini*, ageret; quin & ambo hac vice pertexere mihi animus fuit, cum autem posterius ulteriori lima atque meditatione circumspectioneque indigeat, quam ut temporis angustia, aut hæc rei familiaris conditio mea, id efferre nunc partiantur, relinquendum illud duxi, donec forte meliora mihi surrexerint fata. Idcirco etiam atque etiam oro, velis, B. L. ea, quæ adlata sunt, æqui benique consulere, majores majora promittant præstentque. Hisce si humanitas tuā adquiescat faveatque, memori illam semper recondam mente, promittoque vicissim me rerum tuarum æquum semper fore interpretem. Vale.



A. N. A.

## MEMBRUM PRIUS.

*De natura & origine Juris Divini.*

Th. I.

*Inscriptionis Onomatologia, Definitio, Divisio.*



U<sup>i</sup> certa ratione sermonem de re quam institueret vult, in ceteris isthæc operapotissimum illi navanda,

ut quid illa sit, explicet ostendatq. Adeo felici etjam in hoc negotio pede progredi videbimur, aliqualem vocum, quas frons hujus dissertationis præ se fert, præmittendo explanationem. Ceterum exacta ani-

mi



mi lance earum origines nunc expendere nec admittit instituti brevitatis, nec postulat rei necessitas. Et quanquam quid *Deus* non sit, facilius sit dictu, quam quid sit; tamen licebit nobis nunc id ipsum nomine Dei innuere, quod intelligere volunt omnes sani & intelligentes: nimirum illud numen æternum, O. M. ineffabile, invisibile, ens entium, causam causarum. Quid etiam per vocabulum *Juris* hoc loco intelligatur, multis exponere, non vacat nec juvat, cum variæ hujus vocis acceptiones & significationes apud perplurimos, qui *Juris Naturalis* meditationes instituerunt, obviæ prostant, magna cura conquistæ, ut apud Hug: Grot: de J. B. & P. Lib. 1. c. 1. etiam apud fratrem Guilielm: Grot. de Princ. J. N. itemque apud Wesemb. Interpretem J. Rom. de Just. & Jur. Præterea quoque in omnibus ferè disputationibus, tam de J. N. & G. quam

quam Civili, in hujus vocabuli natales inquiritur. Ad illam vero significationem quæ ad nostrum pertinet institutum quod adtinet, ei inservire videtur Hug. Grot. quare etiam venit ex Eo intelligenda. Cum verò Is tres omnino Juris acceptiones recenseat & explanet, nos nunc intermediam inde desumimus & usibus nostris adplicamus. Quomodo Jus est *qualitas moralis, persone competens, ad aliquid juste habendum vel agendum*. Cum verò qualitas ista vel imperfecta sit, seu aptitudo, vel perfecta sive actus, nos posteriorem amplectimur, utpote quâ intenditur eminens & actualis quædam facultas jus suum exsequendi. Aptitudo enim sola non nunc absolvit nobis rationem Juris, (neq; enim loquimur de aptitudine seu habilitate adtributorum divinorum, ad creationem & gubernationem rerum concurrentium, creationem ipsam ante-

antegressa, sed quæ eandem consecuta, & ex eadem orta, actualis & perfectissima exstat) Sed omnino esse debet plena facultas cum alio agendi; qualem facultatem Jus suum exsequendi, habet vel ille, cui eminens & actualis competit potestas, vel alius propter perfectum jussu eminentis. Hoc jus alias vocari potest *dominium, imperium & potestas*; adeo ut si hoc loco describatur, *Jus Dei in creaturas* erit *eminentissima illa potestas, quæ secundum bonitatem, sapientiam, potentiam & veritatem suam cum rebus omnibus libere agit*; Et hoc nihil aliud est, quam absolutum, perfectum, plenum & singulare illud dominium quod ad Deum tanquam productorem, conservatorem, directorem rerum propriè pertinet; vel alio adhuc modo, ut me explicem: est facultas seu potestas quæ in rem omnem, personam & actionem, veluti propria & possessa quædam

dam obtinet. Porro, varias Juris divisiones prætereuntes, de plenâ, absoluta ac interna illa justitia, quæ nulli nisi summo Numini est adtribuenda, nobis jam res erit; Deo enim competit summum & absolutum jus, ille perfectè & cum pleno effectu agere potest. Sed si propius ad rem accessero, atque cuipi-  
am videatur distingui hoc iterum, in jus, *quo Deo creatura obligatae sunt*, & in id (commodo tamen cum sensu) *quo Deus illis quasi obligatur*, hoc nō aliud erit nisi jus ex immutabilitate decreti & infallibilitate promissionis. Deus enim, si propter aliquem, certè propter seipsum solum, creaturis obligatur, (quod tamen non tam ad forum Philosophicum quam Theologicum spectare videtur) Unde Grot. de J. B. & P. lib. II. c. II. 4. *Ejus, quod dicimus, insigne nobis argumentum præbent divina oracula, quæ nos docent Deum ipsum, qui nulla constituta lege obstringi potest, contra*

*tra naturam suam facturum, si promissa non præstaret.* Illud tamen huc spectat, quod infra subjicitur: *Unde sequitur, ut promissa præstentur, venire ex natura immutabilis justitiæ*; Scilicet ut in Deo omnia adtributa sunt essentialia, contra quàm fit in homine; atque inde decreta omnia, qua talia, immutabilia; ita & summum atque independens hoc Numen legem à superiore respuit omnem; nec ulla heic deprehenditur necessitas, nisi quæ ex beneplacito divino reliquis adtributis temperato, originem sortitur, & sic vocabula passive imperiosa, ut majestati & potentiæ divinæ incongrua, semper cavenda. Plura de hac re vid. apud Pufend. de J. N. & G. lib. 11. 3. 6. Tertiam vocem *rerum creaturarum* si spectemus, in originationem ejus, utpote per se satis notã, inquirere necessum non habetur; videndum modo, quid per res creatas hoc loco notetur, ut videamus quæ-

quænam Juri Dei subsint, vel quousque sese hoc jus extendat. Occupati per plurimi sunt circa hoc jus, rixis & contentionibus valde implicatum, quando alii hanc, alii illam fovere sententiam: opinantur enim quidam, illud non nisi ad leviora, v.g. occisionem hominis sese extendere; dicentes non repugnare justitiæ Dei hominibus concessa auferre, siquidem Ipse creator tam de ejus vita quàm de aliis omnibus, quæ possideat homo, summo gaudeat jure disponendi. Quidam etiam hoc ipsum Jus usque ad deletionem & omnimodam creaturæ rationalis absolutam annihilationem producere conantur; dicentes figulum vas confectum jure confringere posse. Neque desunt qui hoc ad inflictionem omnis generis malorum, cruciatuum, tormentorum & perennium flammarum infernalium additionem excurrere volunt. De quibus confutandis fusius agit Joh. Ad. Osiand:

8  
Osiand: in annot. ad Hug. Grot. p. 99.  
Neque hic quadrare potest senten-  
tia Hobbesii in de Civ. cap. 15. 2.  
Lev. cap. 31. p. 167. *Imperio vel juri  
Dei corpora omnia inanimata & irra-  
tionalia eximere conantis, etiam atheos  
& omnes qui Deum omnium rectorem  
esse, præcepta dedisse, pœnasque in trans-  
gressores, statuisset, non credunt, non sub-  
ditos sed hostes ad pellendos, & sic Juri  
ejus non subesse arbitrantis.* Verum  
hoc maximè indignum de jure &  
imperio Dei dicitur; sequeretur e-  
nim imperiū Dei in creaturas ab ea-  
rū consensu, arbitrio & voluntate de-  
pendere, & consequenter precariū  
esse. Potentiæ autem & Juri ejus  
subjectas dicimus omnes res crea-  
tas, animatas & inanimatas, ratio-  
nales & irracionales, atque adeo o-  
mnia à Deo per creationem produ-  
cta. Angeli enim (de quibus tamē  
extra SS<sup>crām</sup>, non nisi à posteriori  
quædam nobis constant) ad jussa  
Dei creatoris sui, actus suos com-  
ponen-

9  
ponentes, ad hoc vel illud faciendū  
tenentur, & illos juri Dei subesse,  
satis monstravit eventus; bonorum  
puta confirmationem, & malorum  
perpetuam reprobationem. Homo  
pro placito Dei vivit, moritur; dite-  
scit, indiget; valet vel ægrotat. Side-  
ra & stellæ ejus etiam conspiciuntur  
substare regimini; tempora suas ob-  
servare vices succedendi; Ignem  
& aquam modo homini opem sup-  
peditare & inservire, modo etiam  
bonis illum privare. Verbo, jus il-  
lud est latissimum seu universalissi-  
mum ad omnia creata sese exten-  
dens: ut quodcunque voluerit, vel  
adtributis illius non contradixerit,  
ut per potentiam, sic quoque per  
Jus efficere haut nequeat.

Thef. II.

*Quomodo concipiamus adtributa & per-  
fectiones divinas, doctrina generalis.*

**N**aturam humanam intra suæ ca-  
pacitatis sphæram multum qui-  
dem naturaliter valere concedimus;

**B**

**exi-**



existentiam enim ipsius Dei satis  
 certò ex lumine naturæ haurit, ad-  
 tributa etiam ejus multa ex ratione  
 depromere potest; Nihilominus ta-  
 mē sunt illa adtributa & perfectiones  
 ejuscemodi, ut imbecill<sup>9</sup> maximisq;  
 cum difficultatibus colluctans, den-  
 saque caligine obrutus captus hu-  
 manus, ne ad extrema, quā talium,  
 illorum accedere queat limina.  
 Quanta enim illi insit bonitas, co-  
 gitare non potest; quanta gaudeat  
 potentia, illum fugit; quantaque  
 polleat justitia, sapientia, veritate  
 &c. concipere non valet. Nihile-  
 nim reperitur in natura humana,  
 aut ulla re creata, quod ens illud  
 omnipotens, optimum, summē  
 perfectum, infinitum, hujusque ge-  
 neris alia ejus adtributa plene refer-  
 re potest; & licet nos tanquā sub-  
 stantiæ, ideas habeamus substan-  
 tiæ, non tamen inde sequitur, ide-  
 am substantiæ independentis, infi-  
 nitæ, omnipræsentis, immenstæ &  
 & æ-

& æternæ nobis ita inesse, ut eminentia illarum proprietatum nobis innotescat, vel ut conceptus ille sit adæquatus; Hinc ut infantes, ex imbecillitate naturæ balbutientes, qualitercunque exprimunt animi sensa, similia quodammodo adultorum: Sic nos omnes, ex finitudine intellectus, simulacra in nobis divina rudius, & rudius adhuc quam pueri sua, protrudimus, concipimus. Sunt autem hi modi concipiendi vel *directi & positivi*, vel *indirecti*; Quædam enim concipiuntur *objectivè, positivè & per conceptum formalem*, quo res in natura verè existentes directè exhibentur, ut per se intellectum nostrum determinent: atque sic in Deo invenimus bonitatem, potentiam, veracitatem &c.; Quædam *per viam negationis*, quæ non repræsentantur per se positive, sed in suo contrario solum; hoc est, quando non res ipsa, sed contrarium ejus deprehenditur

ditur ex altero , cum quo collatio quædam generica, instituitur , vi dissimilitudinis removendum : Sic Deum cognoscimus removendo ab eo quamlibet imperfectionem ; eumque dicimus infinitum , immortalem , ineffabilem , incomprehensibilem &c. Quædam etiam per *viam eminentiæ* , quâ res alicui competit non sub formalitate propriâ , sed relatione originis ac dependentiæ , unde alteri perfectiori ratione vindicanda : ita perfectiones Deo conveniunt eminenter , quæ in creaturis sunt formaliter , & eruntur e collatione creaturarum , & sub eminenti ratione Deo vindicantur ; ad quem modum concipimus Deum ut sapientissimum , optimum , maximum , liberrimum , iustissimum &c. Cognoscimus etiam Deum quodammodo , ejusdemque naturam & indolem ex effectis ; nihil enim est in effectu , quali , quod non sit in virtute causæ ;

&

& hæc est *via causalitatis*; quâ ratione Deum habemus causam causarum universalem, primam, ultimam, ens entium &c. Unde jam patet, quod, quamvis adtributa illa, quæ à parte rei idem sunt, diversis à nobis, propter finitum nostrum concipiendi modum, exprimantur nominibus, iisque vel positivis, vel negativis; & per tales conceptus qualitercunque denotetur essentia undiq; infinita; tamen illa omnia, adtributorum nomina, imo si adhuc plura darentur, adæquatè concipiendæ aut describendæ naturæ divinæ sufficere non possunt. Unde etiam admodum scite dixit quondam B. Basiliius: *Adequatum conceptum essentiae divinæ formare, aut verbis adæquatis eloqui nunquam nobis licebit, etiamsi omnes omnium mentes una ad investigandum coirent.* Concipimus igitur illa adtributa & perfectiones ad modum fere rerum humanarum; sunt enim in homine tan-

tanquam] conceptus quidam formalis, ex analogia, multiplicatione & gradibus perfectionum humanarum, earumque contrariorum remotione resultans. Huc spectat quod Abrah. Calov. dixit, in scriptis suis Philosophicis p. 1185: *Cognata Deus non agnoscit; nisi forte angelos, hominem ad imaginem Dei conditum, & monarcham, ad cognata referre velis, quâ in parte non refragabor; cum ratione conceptus communis angelus, ratione bonorum participatorum homo, ratione dominii monarcha, quandam cum Deo habeant analogiam, quæ tamen ita urgenda est, ut infinitum discrimen, quod inter hæc est, salvum maneat.* Hoc enim in negotio, ut in aliis, quæ sunt sublimioris naturæ & altioris indaginis, cogimur à notioribus, licet imperfectioribus, lento tamen gradu, ad rem sublimem maxime ac divinam cognoscendam moveri; & longius ibi progredi non valemus, *hæmensa enim non*

*non sunt mensuranda* intellectus nostri capacitate, sonat ejusdem Calovii quoddam axioma. Hæc jam in genere dicta eo spectant, partim, ut, quum non possit Deus aut adtributa ejus nisi â posteriori probari, ostendamus ex adtributis humanis fieri aliqualem conclusionem de divinis: hoc tamen cum discrimine, ut, quæ in homine accidentalia sunt, sint in Deo substantialia. Partim, ut præparemus nobis viam ad explicanda ea in specie adtributa divina, in quibus radicatur jus hocce Dei in res â se creatas; similitudine nempe ducta â proprietatibus & rationibus veris & perfectis omnis imperii & domini perfecti humani, in res ei plena cum obligatione subjectas.

### Th. III.

*In Specie, primum hujus Juris fundamentum, bonitas & beneficia divina.*

**D**E fundamentis hujus Juris multum disceptatur; Nos prætereun-

reuntes varias in hac re opiniones, quas Joh. Adam. Osiand. in Grot. p. 100. seqq. recenset, primum statui-  
mus Dei *Bonitatem*, quæ præcipue colligitur ex creatione omnium rerum. Quisquis sanæ mentis homo, & facultatis compos ratiocinandi, ut verè concipit existentiam sui, ita & essentiam, eamque bonam & multis perfectionibus, ordini suo congruentibus ornatā, adeoq; amore debito prosequendis, verissima consequentia concludit. Quæ omnia cum sibi ipsi dare potis non fuerit, hinc ab alio aliquo se conditum esse haut ignorat (frustra enim hic ad parentes aut atavos refugitur) quem *Deum*, *creatorem* vel *opificem* suum nuncupat. Hinc Cicero insert quandam argumentationem Chrysippi, lib. 11. de. nat. Deor. Si enim inquit, est aliquid in rerum natura, quod hominis mens, quod ratio, quod vis efficere non possit, est certe id, quod illud efficit, homine melius; atqui res cælestes, omnesque hæ quarum est  
ordo

*ordo sempiternus, confici non possunt. Est igitur id, quo illa conficiuntur homine melius; id autem quid potius dixeris quam Deum? Et hoc adcuratius secum homo perpendens, & ad scrutinium conscientiae suae perdu- cens, non potest non illum vene- rari; omnia enim, quibus ceteris a- nimantibus redditur praestantior ex mera Dei bonitate promanasse re- cordatur. Cum igitur semetipsum considerat, totam quâ gaudet, excel- lentiam à Deo accepisse; numque a- liquid boni jure meritus sit, nihil hoc esse invenit; & creatorem, videt ipsum ex gratia gratuita existentiam essentiamque sibi contulisse; & de- nique omnia, quibus utitur; Unde mox in necessariam activæ bonita- tis divinae agnitionem devenit, quâ summâ Plasmatoris beneficia ad- probat veneraturque: ἀγαθὸς γὰρ Θεὸς ἀγαθὸς τε πάντῃς ἀρχὴ, est bo- nus Deus, omnisque boni principium, dixit Euseb. lib. 4. 144. Dem. Ev.*

C

In



In civilibus, propria alicujus dicuntur, quæ vel industria ipsius, vel naturali quadam facultate sunt adquisita. Sic nemo ut non sit sui patris filius, efficere potest; vel ut eximatur ab obligatione patri ut tali, debita: ita multo minus fieri potest, ut creatura non sit sui creatoris, vel ut solvatur Jure, quo Plasmæ tenetur obstricta. Si vero aliquid existeret, quod ab hoc jure immune esset, necesse esset id sine beneficio creationis esse, & consequenter sui juris foret; dependeret enim non ab alio, sed à semet ipso: sed cum nihil tale inveniatur, quod à Deo non dependet, idcirco nihil est sui, sed divino subest juri. Multis de hac re etiam egit D. D. Casp. Brochman. in Syst. suo Theol. de prædest. cap. 3. per totam quæstionem Septim. ubi tandem ita concludit: *Omne jus, quod Deus sibi vindicat in creaturas, veluti equitate temperatum est; atque ita nititur Dei aliquo in creaturas beneficio.* &c.

&c. &c. Ex hisce jam patet, quod ut liberè & rectè voluerit omnia creare; ita ex bonitate ipsius omnia bona creata sunt; illius sunt omnia quaecunque habemus, juxta illud Hermetis, à supra citato Calovio p. 230. adlarum: *Omnia in te O! Ens: omnia ex te; omnia das & nihil accipis; omnia habes, & nihil quod non habes: tu enim omnia es, nec quicquam aliud, quod non sis tu.* Cerebrî enim loculos excutiens homo, invenit creationem consequi perennem planè neque paternam conservationem; quod maximam ejus arguit bonitatem. Bonitati igitur, & ex ea beneficiis, debetur merito locus primus; quia, cum finis primus sit in intensione, & finis proprium simpliciter adpeti, non potuit Deus in creando, ad finem ullum magis absolutum, quam se ipsum respicere.

Thef.

## Thes. IV.

*Secundum fundamentum, est Sapiencia & Providentia Dei.*

**I**Nter fundamenta Divini Juris, secundum locum maxime mereri videtur consummatissima Dei Sapiencia, quâ omnia & singula ita creavit, creata exornavit, exornata conservat, conservata dirigit; ut res unaquæq; in suo genere perfecta sit, perfectione sui agnoscat, & illam veritatem ceteris, extra generis sui pomeria positis, probet. Dicunt Philosophi sapientiam esse habitum ex intelligentia & scientia compositum, qui cum in genere morum occupatur, prudentia dicitur; in operibus autem & effectibus, ars. Sic ergo ad sapientiam Dei concurrunt & primæ Dei idæ, & concludendi vis, & efficiendi solertia; divine quidem in Deo & eminenter, per similitudinem & formaliter in homine. Perfectissime enim & certissime Deus scivit, quomodo singulo-

gulorum genera, tum seorsim ad ideam cujuslibet, tum ad harmoniam omnium, & efformaret olim, & conservet perpetim. Conjungitur autem hic quoque non immerito creatio & conservatio: rectè enim hæc illius audit continuatio; cum utraque pertineat tum ad genera singulorum, tum singula generum, non humani modo, sed & reliquorum. Hinc rectè Cicero Lib II. de Nat. Deor. dicit, *non universo hominum generi solum, sed etiam singulis à Diis immortalibus, consuli & provideri.* Non enim potest aliquis toti & universo alicui generi, & speciatim quoque singulis ejus, consulere & providere, nisi maximè sit sapiens. In propatulo etiam est, sapientiam maxime requiri in regno civili, ritè administrando: quod adeo probant partim historiæ & Sacræ & prophanæ; partimque sana ratio, & quotidiana experientia, ut evidentiori opus non sit. *Si quis esset, inquit Aristoteles,*

teles, *qui reliquos omnes homines sapientia superaret, illum fore dignum, cui omnes mortales imperium deferrent.* Qui enim bonis avibus imperium obtinere vult, illius certo certius est, leges scienter condere, easque promissis & minis ritè sancire, ad quod, non sineratione, sapientia requiritur; prudentem oportet habere rationem & virium & genii illorum, quos lege sua sibi vult habere obligatos; Illi incumbit de factis prudenter & secundum leges rectè judicare, & non nisi ex summa industria aliquem vel absolvere & liberare, vel damnare: Illius est, factum & poenam transgressoris proportionata facere; illumque secundum delictum mulctare, vel vinculorum, verberum, exilii, vel ipsius poenâ; mortis in quibus, hercle, prudentia summopere est adhibenda. Hæc omnia Deo conveniunt, ratione suæ infinitæ sapientiæ: in Eoptæ ceteris, refulgent omnes virtutes  
mora-

morales, quæ in Rectore requirun-  
 tur; ille enim, utpote ipsa sapientia,  
 omnisque humanæ fons & origo,  
 creavit omnia, ordinē non confuso,  
 non dēsultorio, non tumultuario,  
 sed eleganti valde, decoro adeoq;  
 concinno; ut sapientia illius non  
 possit non quam maximè exinde  
 elucescere. Porro, leges sapienter  
 tulit: divina enim sapientia tali sem-  
 per agit temperamento, ut, si ita  
 piè loqui liceat, rationem habeat  
 & adtributorum suorum reliquo-  
 rum; & simul naturæ humanæ: le-  
 ges enim non præscripsit adtribu-  
 tis contranitentes, sed & illis & hu-  
 manæ naturæ, quam maximè con-  
 gruas; secundum leges has iuste  
 judicat, promissis benignissime sta-  
 re non desinit, comminationi-  
 bus non injuste, sed maximè  
 secundum iustitiam suam simul  
 & bonitatem sapientissime sa-  
 tisfacit; verbo, *nihil exsequitur per  
 potentiam, nisi quod secundum sapientis-  
 simum*

*sumum suum consilium, sancte & iuste decrevit*, dixit quondam D. Cocquius in Anatom. Hobbesianism: In illo enim est & fuit ratio, idea vel conceptus secundum quem

*Mundum mente gerens, pulchrum pulcherrimus ipse*

In ornamentum suæ majestatis condidit, ut eleganter Tertull.

### Thes. V.

*Tertium fundamentum, est potentia Dei absoluta.*

**T**ertium, quod huic juri subternitur fundamentum, est summa Dei *potentia*, quæ, si naturaliter spectetur, irresistibilis, si moraliter, irrefragabilis est; nos tamen, hoc quidem loco, de priori potissimum loquimur. Quemadmodum enim nihil Deo vel majus vel æquale est; ita nulla vel dari vel concipi potest potentia, illius vel major vel æqualis; utpote viribus divinis & instrumentis aptissimis, robustissimisque subnixa, indeque maxima; cui

cui omnes res rerumque operationes,  
 operationum directiones, intentiones,  
 remissiones, suspensiones subsunt;  
 quantamcunque habeant alias potentiam singularem, per naturam particularem & subordinatam. In potentiarum namque subordinatione, in infinitum, non fieri potest progressus, sed summa & suprema aliqua, necessario est ponenda, quæ ipsius est Dei; ulterius enim progredi non possumus. Sicut etiam *esse divinum* est illimitatum & infinitum, & differt ab *esse creaturæ*, quod quam maxime finitum est; ita illius potentia est infinita, & creaturæ, vice versa, finita; sic etiam adeo potentia Dei ab ipsius essentia non distinguitur. Hinc est quod Deus creare & producere potuerit omnia, singulaque effingere plane ad sapientissimam ideam, decreta constantissima, & finem optimum; unde etiam jus illi haut immerito ratione competit potentiæ. E nihilo enim omnia, quæcunque,  
 D sunt



sunt, ab Eo solo facta sunt; & in nihilum tendunt, nisi à Deo conserventur, idcirco indissolubili quasi nexu conjunctum est hoc jus Dei in omnia creata, cum eminentissima ejus potentia; Non enim solum voluit, sed & scivit quomodo omnia crearet, & potuit etiam omnia ad ideas suas plane efformare. Equidem diximus competere Deo potentiam irresistibilem, & eo quoque argumento competere Deo jus in res creatas; Absit tamen ut quis me Hobbesianismi insimulet, à quo ut remotissimum me probem, simulque explicem juxta ductum eruditissimorum virorum, quo sensu hanc Dei potentiam, ingredi istius quod diximus, Juris Divini constitutionem, existimem; placet Thesin Hobbianam cum suis sequelis proponere, atque paucissimis verbis perstringere: Ille Hobbesius contendit *omne jus & regnandi & puniendi à sola potentia irresistibili, Deo (& conse-*

sequenter cuivis pariter imperanti)  
*competere, omnemque obligationem pro-*  
*cedere ab imbecillitate subjecti.* In de  
 Civ. cap. 15. art 5. & 7. Quæ tamen  
 sententia, quatenus solam irresisti-  
 bilitatem involvit virium, multis re-  
 futata legitur apud D. Cocq. in  
 Anat. Hobbēfianis. ad loca citat. Ne-  
 que alia ratione absurdum nisi ex ab-  
 surdo meretur refelli; Si enim sta-  
 ret ita crude accepta, aperte homi-  
 nes; ubi pacta non obstant, ducerentur  
 ad quærendum in alios quoslibet  
 dominium, per vim & dolum,  
 per fas & nefas; in quantum scilicet  
 vires naturales, adquisitæ, animi,  
 corporis, fortunæ permiserint: Sic  
 etiam latro, ante pactum, rei per ir-  
 resistibilem violentiam ablata, pos-  
 sessor verus & jure esset dicendus,  
 & hætenus quidem, ut nemo illam  
 jure meliori repetere posset. Latro  
 enim aperte inficiatur pactum illud  
 humani generis tacitum, de occu-  
 pandis dominiis rerum, in primæva  
 com-

communiōne positarum. Et cer-  
 te, vana esset lex, vanumque impe-  
 rium, nisi ante ipsam legem, & a-  
 ctuale imperii exercitium, in im-  
 peraturo iusta imperandi potestas,  
 conscientias subditorum valide ob-  
 ligans, etiam citra potentiae osten-  
 tationem; nec non in pariaturo ali-  
 qua necessitas, ex reverentia iusta-  
 ram causarum, secundum illam  
 legem vitam componendi, existeret.  
 Si enim quærenti alicui, cur hoc  
 faciat, & contrarium omittat; re-  
 spondeatur: Superior iussit vel pro-  
 hibuit; forte quæstionem hanc pri-  
 mo primam adhuc urgebit: unde  
 ipsi facultas imperandi, & huic ob-  
 ligatio sit obtemperandi; & si repo-  
 natur: Sic lege irresistibiliter poten-  
 tis est præceptum; certe respon-  
 sio valet quod ad externos actus, sed  
 non ideo statim conscientia absolute  
 est convicta de veritate causarum  
 iustarum, earumque reverentia agni-  
 ta; quia sola potentia illud jus non  
 con-

29

constituit, neque mihi omnibus  
numeris perfectam obligationem,  
semper & sola imponit. Si vero  
quis, præter prærogativam naturæ  
(quæ tamen non ubique rem con-  
ficit) etiam sapientiam, bonitatem  
& potentiam pariter conjunxerit; &  
experimento etiam vero in hoc sub-  
jecto probaverit, tum demum in-  
venio necessitatem, ut obsequium  
illi, à quo pendeo, deferam.

### Thes. VI.

*Actualis vindictio lapsus Jantis Divini.*

**D**Eus, tanquam Supremus Rex  
moderatorque optimus & sapi-  
entissimus, statim ac hominem  
creavit, secundum suam bonitatem,  
sanctitatem, sapientiam & justitiam  
illum gubernare & regere cœpisse.  
Satis solide præsumitur. Nam eum  
neque sine conservatione esse pos-  
set, nec se ipsum conservare, neque  
denique alius adesset magis idone-  
us qui conservaret, nisi qui creasset;  
relinquitur, quod Deus ipso actu hoc  
jus

jus sibi adserere mox cœperit. Cujus rei non aliud est magis certum indicium, nisi hoc quod ex legem illum relinquere non voluerit; sed in ipso creationis actu, ipsi illius conscientiae legem suam impresserit, quæ illum validissime & irrefragabili necessitate obligat, adque obsequium hominem compellit, suppliciumque illis minatur, qui conscientiae dictamina transgrediuntur, & leges præscriptas præfractè conculcant. Suam nempe voluntatem, notitiamque honesti & turpis in sevit legalem; *Magna enim est conscientie vis in utramque partem, ut neque timeant illi, qui nihil admisserunt, & poenam semper ante oculos versari putent, qui peccaverunt.* Ut ipse Cicero loquitur, in illa pro Milon. Et hæc vindictio, quâ leges hominibus præscripsit, illarumque transgressores juste punit, arguit non parum firmatque illius jus in genus humanum. *Exempla præterea actua-*

actualis ipsius vindicationis, à mundo condito ad nostra usque tempora perplurima, imo fere innumerable, tam Sacra quam profana nobis suppeditantur, quæ quidem hodieque evidentissime arguunt supremum Deo jus & Dominium tribuendum esse. Rursus quod spectat ad res creatas reliquas, atque etiam tum earum tum hominum operationes naturales, patet, quod qui imperat domino, imperat etiam rebus domini, maxime ab ipso imperante, per summam ejus munificentiam acceptis. Atque licet res ante creatæ intelligantur quam homo; tamen quatenus propter hominem, eatenus res eodem recidit. Patet etiam, quod, qui semel naturales facultates concessit, ad certum & constantem præscriptumque adeo modum operandi, & istas facultates etiam conservat, sit etiam tam auctor earum, quæ inde oriuntur, operationum, quæ talium, quam di-

director, per regulæ præscriptionem executionemque.

### Theſ. VII.

*Præſumptus creaturarum conſenſus in Dei imperium.*

**O**mnes res quæ unquam produ-  
ctæ ſunt, ſumma nituntur ope,  
ut ſeſe conſervent, imprimis homo  
eſt animal ſui & amantiffimum &  
conſervandi ſtudioſiffimum, ut  
Ampl. Pufendorf. teſtatur de Off. H.  
& C. 1. 3. 7. Hinc, quia videt ſe à  
Deo factum, eſſentiamque, rem  
æſtumatiffimam, ab ipſo accepiffe;  
ſequæ ſemper invenit egenum, pro-  
prioque auxilio ſeſe ſervare impo-  
tens: ergo nec poteſt intelligi, niſi  
libenter conſentiat in ejus imperi-  
um, quem ſolum videt & velle &  
poſſe ſeſe tueri, atq; qui jam tum o-  
pere ipſo id ipſum præſtare diu cœ-  
pit. Equiden non videtur opus,  
jus Dei ſtabilire per conſenſum, ſive  
expreſſum ſive præſumptum rerum  
creatarum; cum qui in dominio &  
pecu-

33

peculio verè & actualiter est positus, debeat ibi nolens volens permanere, donec alieno facto status mutetur, tamen, quia, quando de origine imperiorum in genere agitur à Politicis, etiam hæc ratio soleat adhiberi, ergo nec nos eam debuimus heic negligere; maxime cum homo per communicatam sibi à Deo quandam communionem rationis rectæ, & possit & actu ipso jam diu id egerit, ut expresse agnoverit sese in Dei esse ære, Jure, imperio, patrimonio, peculio, postremo quicquid esse potest modorum Domini. Res quoque singulæ aliæ id totum diem ostentant, sese id suo modo agere, ut in suo statu conserventur; &, utut conscientiam conatus sui non habeant, tamen non ineptè aut absurde præsumuntur hoc velle, si possent consensum exprimere.





*Eruantissime, virg. C. 17.*  
PETRO FINCKE

Conterraneo & amico singulari,  
Propediem Dissertationem publicæ lu-  
ci daturō

De

JURE DEI in RES CREATAS.

Nosse Deum natura docet, & lumine  
mentis,

Et mundi insigni mole, decore, situ:  
Ast quod supremi sit jus in cuncta creata  
Nutminis, hæc semper quaestio magna fuit.  
Hoc tua præclare cum monstrat, candide,

FINCKI,

Pagina, das genii pignora pulcra Tui.  
Maeste pari porro doctis servire Camanis  
Conatu: mores corde foveque probos.  
Certe aderit fructus, ceu culto messis ab  
arvo,

Quem repetes merito: gloria, fama,  
decus.

Pauca loquer, mentis tamen hæc sunt si-  
gna fidelis:

Vive, vige, flore! maeste labore. Vale!



Ita adplaudit

Sveno Gestrinus.

m